

dirent. *Ista tria paulus discipulis suis p[er] telamento legauit dicens. Actū. xij. Attendite vobis et vniuerso gregi vt saliet ip[s]i; sincere diligatis. in quo v[ost]r[um] sanctus spiritus posuit episcopos regere ecclesiam dei. vt sc[ilicet] diligentius gubernent. Ego scio quomā intrabunt post discessio[n]em meā lupi rapaces. non p[re]censes gregi. et ideo ip[s]um a lupor[um] morib[us] custodiat. Et intelligunt lupi demones. Iheretici. et tyranni. Debent quidē prelati custodire ecclesiā a morib[us] demonū per orō[n]em assiduam. Luce. xij. Ecce sathanas exp[er]nit v[ost]r[um]. et tu aliquando p[er]uersus p[er]fr[ustr]a fratres tuos. sc[ilicet] per orō[n]em sollicitam. A morib[us] Ihereticor[um] per sanam doctrinam. j. Petri. ij. Parati semp[er] ad satisfacionem omni poscenti. A morib[us] tyrannor[um] per firmā p[er]sistentiam. Unde qui v[er]bam reprehendunt. Ezechielis. xij. Nō ascendistis ex aduerso. Quarto placet nunc deo in statu glorificatiōis. Psal. Placebo domino in regione uiuor[um]. Sūt aut[em] tria per que beati placent deo. Primū est idempnit[as] volūtat[is]. Volo enim in malis voluntas ē deop[er]aria. ideo deo displicent. in bonis enim semiplena. et ideo imperfecte placent. sed in beatis est perfecta. ideo p[er]fecte placent. Ilaye. lxij. Vocabis voluntas mea in cis. Secundū est idempnit[as] filitudinis. Similitudo quidē dei in malis est delecta. ideo nō cognoscunt. in bonis est obscura. q[ui]a in corp[or]e q[uo]d corrumpit[ur] aggrauat. in beatis est clara. j. Jo. ij. Scimus q[uo]d cū similes ei erimus apparuerint. Tercū est idempnit[as] animis. mali aut[em] h[ab]ent cor frigidū. Iher. vj. Si cur frigidā facit cisterna aquā suā. Boni h[ab]ent cor calidū. ps. Concaluit cor meū intra me. Beati vero h[ab]ent cor in igne amoris totaliter p[er]uersum. ideo vocant[ur] scintille ignis Sap. iij. Fulgebunt iusti et tanq[uam] scintille in arundineto discurrent.*

De circumcisiōe dñi Sermo. j.

Infans octo dierum circumcidetur in vobis Gene. xvj. Quāuis ihesus fuerit infans octo dierum. t[ame]n non indigebat circumcisiōe. Cum enī circumcisiō data fuerit p[ro]pter peccatum. et q[uia]m christus fuerat sine peccato. ideo non indigebat tali remedio. Bernar. Nō non fecerit peccatum etas ipsa manifestat. q[uia] non p[er]traxerit multo forius probat patris diuinitas et matris integritas. Est enim tibi pater ab eterno. sed deus est in quem nō cadit p[ec]cātū. Est tibi mater ex tempore sed virgo. nec parere potuit in corruptio corruptelam. Notandū aut[em] q[uo]d circumcisi[us] fuit christus a parentib[us] in p[re]corp[or]is. et a iudeis in omnib[us] sensib[us] corp[or]is. Primam aut[em] circumcisiō[n]em voluit accipere non p[ro]pter indigentiam sed p[ro]pter p[er]gruentiam. Congruum enī fuit multiplici ratione. Primo vt legem imple[re]t. Roma. xv. Dico enim ihesum xp[istu]m fuisse minist[er] circumcisiōis. Secūdo vt incarnatiōis misterii dyabolo occultaret. Sicut enim piscis volens cape[re] escā capit ab hamo. sic dyabolus videns xp[istu]m circumcidit voluit ip[su]m cape[re] tanq[uam] purū hoīem in carne et caprus ē diuinitate. Job xl. Nunquid illudes ei quasi auis. Tercio vt p[er]munitatē p[re]mendaret. Ber. Ama tor[um] p[er]munitatis quo mō illam defereret. et alios scandalisaret. Sicut enī non scandalisant xp[iani] videntes aliquem de genere xp[ianor[um] non baptisatū. sic et iudei videntes ip[su]m non circumcisiū. Quarto ne iudei se excusarent dicētes Ideo te nō recipimus q[uia] p[er] legem factus et de p[ro]p[ri]o nostro debes p[er]ire. iuxta illud Gen. xxij. Nasculus cuius p[re]pucij caro circumcisa non fuerit delebit[ur] aīa eius de p[ro]p[ri]o suo. Quinto vt n[ost]ram naturā sanaret. Sicut enī sic cauteriū in vno mēbro vt totū corpus sanaret. sic xp[us] voluit circumcidi vt corpus eccie totū sanaret. Colo. ij. Circūcisi estis e. iij.

De Circumcisiōe

Circumcisiōe non manufacta. Scdo fuit circumcisi⁹ a iudeis in oībo pñbo corpis ⁊ oībo sensib⁹ suis sui corpis. **P**rimo q̄tum ad aures q̄ detraxerūt sue potētie **Matth. ix.** In beelzebub principe demoꝝ moꝝ eiecit demonia. Et sapiētie sue. **Jo. viij.** Tu de teipso testimoniu⁹ pñbes. testimonium tuū non est rex. Sue misericōdie **Luce. xv.** Aduerabāt pharisei ⁊ scribe dicentes. q̄ hic peccatores recipit ⁊ manducat cum illis. Scdo q̄tum ad visum emisit em lacrimas ppassionis. **Luc. xij.** Videns ciuitatē fleuit sup illam ⁊c. **La.** crimas amoris. **Johā. xi.** Lacrimatus ē ihesus. s. sup lazari amicu⁹ suū Lacrimas doloris in sui passione vt habet **Hebre. v.** Tercō q̄tum ad olfactum. **H**abuit ei odorē grauem fetidū ⁊ fetidissimū **O**dor grauis causabat ex poculo mirzato ⁊ ab fimbriato. **O**dor fetidus causabat ex spuris iudeoꝝ ⁊ cadauerib⁹ mortuoꝝ. **O**dor fetidissimus causabat ex spurcijs peccatoꝝ. peccata ei aerem inficiunt ⁊ fetidū reddunt. **Psal.** Corrupti sunt ⁊ abhominabiles facti sunt ⁊c. **Q**uarto q̄tum ad gustum. q̄ amara potum sibi ppinauerūt sē mixtum cum felle aceto ⁊ mirza. vt sc̄z fel venenaret. mirza amarificaret. acetum qd ē penetratiuū. venenū ⁊ amaritudinē p totum corpus deduceret **Q**uinto q̄tū ad manus. habuit ei manus ligatas vin culis amoris qñ. s. fuit flagellatus ad columnā. **Eccī. vi.** Ne accideris in vinculis **H**abuit manus pforatas largitate muneris. **Psal.** Aperis tu manū tuam ⁊ implez omne animal bñdictōe. **H**abuit crucifixas in exemplū penitentie finalis. **C**laui⁹ autē quo homo affigit ē timor dei. **ps.** Confige timore tuo carnes meas **I**n his quinq⁹ sensib⁹ id voluit circumcidi vt culpam eue sanaret ⁊ nos circumcidi doceret. **E**ua quidem incircumcisa hñt aures qñ suggestōni serpentis eas accomodauit. **O**culos qñ pomi⁹ veniū asperit.

domini

Olfactum qñ pomi odorem sensit ⁊ sua mēs inde allectata fuit. **G**ustū qñ pomi comedit. **M**anus qñ ipsas ad illud extēdit. **N**os etiā debemus in his quinq⁹ sensib⁹ circumcidi. s. itī visionē lasciuie pñde ratōe q̄ sicut d̄ **Iere. vi.** Ascendit mors p fenestras vestras. **I**n auditu de nociua auditōne. s. detractōnis **Eccī. x.** Si mor⁹ deat me serpens in filērio. nihil eo minus bz qui occulte detrahāt **I**n loquela adulationis pñue **Isa. xij.** Syrena i delubro voluptatis. **I**n olfactu a supuacua odoris requisitōe. q̄ sicut dicit **Isa. iij.** Erit p suauī odore fetor. **I**n lingua in verboꝝ incōsideratōne. **Ero. vi.** Incircumcisi⁹ labijs ego sum. **I**n manib⁹ a remissa opatione **Isai. i.** Remissas manus ⁊ soluta genua erigite ⁊c.

Ecodem die **Sermo. ij.**
Postq̄ psummati sunt dies octo vt circumcideret puer ⁊c. **Lu. ij.** **H**umana natura in adam adeo fuit corrupta q̄ omnes ab ipso ppagati corruptōnem traxerunt. quia si massa corrupta fuerit ⁊ delibatio viciata. Et q̄uis deus animā puram infundat. tñ ex vase id est corpe corrupit ⁊ viciat. **Jō** deus a principio posuit remedia ⁊ ptra ipsum peccatū instituit que etiā xp̄us hñilitatis cā assumpsit. que quidē sunt quinq⁹ sicut **H**ugo dicit de sc̄o victore. **P**rimū fuit oblatio. ⁊ istud incepit in abel. ⁊ durauit vsq⁹ ad diluuiū. ⁊ istud remediū xp̄s assumpsit. qui quatuor p nobis deo obtulit. s. carnem in satisfactōne. **A**dā em debbat satisfacere ⁊ penam portare. xp̄s autē penam sustinuit. ⁊ sic satisfecit. **Psalm.** Que non rapui tūc exsoluebam **Isa. liij.** capi. **D**isciplina pacis nosire super eum. **L**eo enim timet quādo catulus flagellat⁹ quanto magis catulus timeret si leonem flagellari videret. **S**ic ⁊ nos debemus timere qñ xp̄m videm⁹ sic flagellatū esse.

Secundo obrulit sanguinem in redemp-
tionem nostrā. **1. Petr. i.** Ad corruptibili-
bus auro vel argēto redempti estis de va-
nitate puerfatione sed precioſo sangui-
ne agni immaculati xp̄i. Solent namq;
qui precii pſoluunt ipſum precii nume-
rare vel appendere vel meſurare. xp̄s autē
ſanguinē ſuum dedit in precii ſine nume-
ro. pondere et meſura. **Tercio** obrulit a-
nimā ſuam in reconciliatōem. **1. Cor. v.**
Oia autē ex deo qui reconciliauit nos ſibi
per xp̄m. Et qz reconciliator dum ſe inter-
ponit aliqui a partibz vulneratur ſic xp̄us
vulneratus fuit a deo. **1. ſai. liij.** Propter
ſcelus populi mei percūſi eum. Ab hoīe ſu-
it vulneratus. **1. zach. xij.** Uis plagatus
ſum in domo eoz qui dilexerit me. **Quar-**
to obrulit diuinitatem in fruītōem. et iſta
eſt beatitudo p̄muniſ nobis et angelis. **1. Jo-**
han. xvij. Nec ē vita eterna vt cognoscāt
te ſolum deū. **In** xp̄i tamen hūa-
nitate homo in quinq; ſenſibz beatificat
p̄ angelis. ſc̄z in viſu. qz videbit xp̄i bu-
mamitatem. **In** auditu qz audiet xp̄i dul-
ciſſimā vocem. **In** olfactu qz ſentiet de cor-
pore xp̄i mirā odorem. **In** ore quia loque-
tur ore ad os euz xp̄o. **In** tactu qz ample-
xabitur ipſum xp̄m. **Secundū** remediū
fuit ſacrificiū. et iſtud incepit in noe et du-
rauit vſq; ad abrahā. **I**ſtud autem xp̄us
obtulit quando in ara crucis patri ſe ſacri-
ficiū immolauit. **Dicit** autem **1. Lc. i. vj.**
Omnē ſacrificiū ſacerdotū igne pſumie-
tur. et ideo xp̄s vt acceptabile ſacrificiū
fieret fuit quintuplici igne inflammatus
ſc̄z igne diuinitatis. **Hebre. x.** Deus no-
ſter ignis pſumens eſt. **In** igne amoris.
Luce. xij. Ignem veni mittere in terram.
In igne doloris. **Matth. xxvj.** Triftis eſt aī-
ma mea vſq; ad mortē. **In** igne paſſionis.
Psal. Oſſa mea ſicut cremum aruerūt.
Et igne paſſionis. **V**idens enim m̄rē
ſic anguſtari. et ſic apoſtolos diſpergi ma-
gno cepit in corde paſſionis igne crema-

ti. **Psal.** Concaluit cor meū intra me. **Et**
qz iſto quintuplici igne fuit circumda-
tus. ideo a planta pedis vſq; ad verticem
capitis fuit inflammatus. **Ezech. xxvij.**
Ab aspectu lumboz eius et deorſuz ignis
et a lumbis eius ſurſum quaſi aspectus
ſplendoris viſio electi. **Tercū** remediū
fuit decimatio. et iſtud incepit in abrahā
et melchizedech. et durauit vſq; ad xp̄m.
Sed tamen norandū qz ſunt decime rez.
Iſtas xp̄s non ſoluit. quia nihil habuit.
Matth. viij. Vulpes foueas habent et vo-
lucres celi m̄dos. **Et** ſunt decime diez.
Iſtas xp̄s ſoluit quando. xl. diebz et noc-
tibz ieiunauit. **S**unt decime preceptorū.
Deus enim multa precepta hominū dedit.
Decem autē ſibi retinuit. **I**ſtas etiā xp̄us
ſeruauit et ſoluit. qz legem perfecte adim-
pleuit. **Matth. vj.** Non veni ſoluere leges
ſed adimplere. **S**unt decime ordinū. **D**e-
us enim ſecit nouem ordines angeloz. et
decimū hominū. **C**hriftus autē nouē oues
et nouē ordines dimiſit in deſerto. i. in ce-
lo et decimum. i. hominem venit querere in
mundo. et ipſam tanq; decimā reſtituit
patri ſuo. **Quartū** remediū fuit circūci-
ſio. et iſtud xp̄s hodie accepit cum tñ non
indigeret. **I**n peccato nāq; originali qua-
tuor ſunt ſc̄z culpa. fomes. priuatio gr̄e et
carentia viſionis diuine. **I**n circūciſione
enim auferebat culpa noſtra. debilitabat
diuine viſionis carentia. Sed quia ianua
nondum erat aperta. ideo ipſe non pote-
rat ſui viſione diuina. **C**hriftus ergo nō
indigebat circūciſione. quia in ipſo nul-
la fuit originalis culpa. nec in carne ſua
aliquis fomes. vel aliqua concupiſcenti-
a. **N**ec habuit preuaticationem. ſed ple-
nitudinē gratie. etiam in terra degens
fruebatur diuina viſione. **V**oluit tamen
circūcidi vt verum corpus humanum
ſe aſſumpſiſſe oſtenderet. **Cū** enim chri-
ſtus fuerit verus deus et verus homo.

De Circumcisiōe

Quidam tamē dixerunt ipsum nō fuisse deum sicut ariani. Quidam ipsum non habuisse vēr corpus humanū sed fantas- ticū sicut manichei. Ideo iohānes vtrūq; errorem excludēs dicit. **Johā. v. Tres** sunt qui testimonium dant in celo. pater. verbum et spūs sanctus. qz enim xps fue- rit nature celestis. i. diuine. Testimoniū dat pater cum dicit. **Hic est filius meus dilectus** etc. Testimoniū dat et filius. cū ait. **Ego et pater vnum sumus.** Testimo- niū dat spūs scs qui sup ipsum in specie colūbe apparuit. qz autem fuerit verus hō testimoniū dat spūs aqua et sanguis. **Ad** ppositiōem ei hominis duo requirūt. s. anima rōnalis et corpus humanū. qz aut habuit animā rōnalem. pater ex eo qz in elinato capite tradidit spm. Qd videns centurio ait dicēs. **Uere fili dei erat iste.** qz aut habuit vēr corpus humanum. p eo qz ex corpe eius exiit sanguis et aqua. **Et ideo postqz iohannes dixit spūs. sub-** dit aqua et sanguis. Cū em ad ppositiōē corporis humani quatuor elementa con- curant. scz terra. aqua aer et ignis. Et ad vegetationē eiusdem quatuor humores psumiles illis pueniant. s. sanguis colera fleuma malancolia. Ideo vt veritatē hu- mani corporis iohānes demonstraret vnū ex elementis. s. aquam. et vnum ex humo- ribus. s. sanguinem apte posuit vt ex hoc ostenderet corpus christi ex quatuor ele- mētis componi. et ex quatuor humoribz **vegetari.** Quintum remedium fuit bap- tismus. Est autē triplex baptismus quē christus assumpsit. s. fluminis. sanguinis et flaminis. Baptismus fluminis accepit vt aquas sanctificaret. omnia ei elemēta erāt immūda. sed ipse sanctificauit terrā. scz p ipsam gradiendo. aquam in ipsa se baptisari faciendo. aerem nō sub tecto sed in aere pariendo. ignem. spm scm in specie ignis mittendo. Secūdo baptisari voluit baptismō sanguinis vt. s. nos a peccatis

domini

nostris lauaret. **Apoc. i. Lauit nos a pec-** catis nostris in sanguine suo. et **Ibidem** Lauērūt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni. Ex quo pz qz sanguis christi hūit dealbare ad instar lactis. Lac enim dicitur sanguis dupliciter coctus. igne amoris et doloris. Vere igit sanguis xpi est ad instar lactis qui non dupliciter sed quadrupliciter fuit excoctus. s. igne amo- ris doloris passionis et cōpassionis. De quibz supra dictum est. **Tercio** fuit bap- tizatus baptismō flaminis **Lu. iij. Ihs** sus autem spūs scs plenus regressus est a iordane vt de sua plenitudine nobis effun- deret. **Jo. i. De plenitudine eius omnes** accepimus. In alijs ei sanctis fuit pleni- tudo ad instar vasis qz habuerūt gratiam sufficientem. In beata virgine plenitudo ad instar fontis. qz habuit gratia iugiter emanantē. In xpo plenitudo ad instar flu- minis. qz hūit gratiā omnibz affluētē.

De eodem Sermo. iij.
Uocabit nomen eius emanuel. **Isa. viij** Circūcisio scdm **Beati.** pñet ad veritatem hūanitatis. Nomen vero gloriā indicat maiestatis. Dabit aut christus quatuor noia ppra et quatuor cognomina. Propria nomina sunt christi. ihesus. filius dei et emanuel. Prīmū ergo nomen eius ē ihesus qd in- terpretat salus. ipse enim saluauit nos a pctō originali mortali et veniali. Ideo dicit. **Luce. i. Ipse emz saluū faciet pplm suū a** peccatis eoz. Ad ista tria pctā saluanda xps triplex vultus accepit. s. vultus la- teris vt saluaret originale pctm. qz eua d latere viri est formata a qua originale in- cepit. Vultus manū vt sanaret actuale qz in manibz opatio designat. Vultus pedū vt sanaret veniale. qz p pedes desig- nant affectus. Scdm nomē est xps qui interpretat vnctus a patre vnctiōe caris- matis **ps. Unxit te deus etc.** A matre vnctiōe lacrimatōis scz i morte. **Luce. x.**

Flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrimis. Mc. 16. Magdalena vinctōe deuotionis. Johan. xij. Maria accepit librā vinctōe nardi. Mc. 16. A iudeis vinctōe sanguinis. Gene. xxxij. Tulerunt tunicā eius et in sanguine hedi quem occiderant tinxerunt. Tercium nomen est filius dei. Et quod hoc nomen sibi pueniat multis modis ostenditur. ut dicit Nilarius de triplici nomine. Luce. j. Filius altissimi vocabitur. nam iuitate. quod ex deo non potest nisi deus. Psal. 104. Extero ante luciferū genui te. natura. quia eandem cum patre habuit naturam. Johā. x. Ego et pater vñ sumus. Potestate. Johan. v. Quicūq; pater fecerit. hoc et filius similiter faciet. Professione quia professio siue prestatō facta est a patre de celo. Matth. xij. Tu es filius meus dilectus. Ab apostolo in mundo. Matth. xvi. Tu es christus filius dei viui. Ab angelis de paradiso. Luce. j. Hic erit magnus et filius altissimi vocabis. A demonibus de inferno. Matth. v. Quid mihi et tibi ihesu fili dei summi. Quartum nomen est emanuel quod interpretatur nobiscum deus. Ipse enim est nobiscum generaliter per potentiam. Debe. j. Portans omnia verborum virtutis sue. specialiter per gratiam. Matth. xvij. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo etc. Singulariter per naturam vñionē. Johan. j. Verbū caro factum est et habitauit in nobis. Sacramentaliter per sui corporis dimissionem. Matth. xvi. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus etc. Secundo habuit quatuor cognomina. quorum primum traxit a patria. et sic deus est Ihesus nazarenus qui interpretatur flos. Ipse enim floridus fuit et odoriferus. Iuxta illud Genes. xxiij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni etc. Ipse enim tanquam in agro lilium candens in natiuitate. Can. ij. Ego flos cāpi et lilium pualium. Fuit viola lauda in flagellatōe. Isa. liij. Livore eius sanati sumus. Fuit rosa

rubens in passione. Eccles. xxiij. Quasi plantatō rose in ihericho. Secundum cognomen traxit a puincia. et dictus est Ihesus galileus a galilea. Galilea namque interpretatur transmigration. Christus assumpsit mortalitatem quo ad corpus. passibilitatem quo ad animam. multiplicem miseriam quo ad vtrumque. Sed in resurrectione transmigrationem de ipsa mortalitate ad immortalitatem quo ad corpus. de passibilitate ad impassibilitatem quo ad animam. de miseria ad gloriam quo ad vtrumque. Leo papa. Per passionem infirmitas in virtutem. mortalitas in eternitatem. prumelia transiit in gloriam. Tercium cognomen traxit a penitela. et per penitentiam suam. et sic dictus est Ihesus filius david. Inter ceteras virtutes david habuit humilitatem et pietatem ac gratie plenitudinem. Fuit filius david non tantum carne sed morum similitudine. Habuit enim humilitatem. Matth. xj. Discite a me quod mitis sum et humilis corde. Pietatem. Luce. xix. Vidēs ciuitatem fleuit super illā etc. Gratie abundantiā. ps. Unxit te deus deus tuus oleo etc. Quartum cognomen traxit ab ipso euentu. et sic dictus est Ihesus crucifixus. Matth. xxvij. Ihesum quiris nazarenū crucifixū. Ulcus enim est cognomen quod ostendit eius victoriam et triumphū. quod per passionem de demonibus triumphauit. Col. ij. Expoliās principatus et potestates etc. quod ostendit eius meritū. quod merito passionis gloriam resurrectionis meruit. Phil. ij. Quilauit semenipsum factus obediens etc. quod nobis prebet exemplū. ut si volumus cum eo regnare in celo. studeamus per ipsum pati in mundo. j. Pe. ij. Christus passus est pro nobis relinquens exemplū.

V Eodem die Sermo. iij.
Scabitur nomen eius magni cō
 filij angelus. sumptū est Isa. ix.
Angelus est nomen officij nō na
 ture. Christus ergo dicitur angelus. non
 quantū ad naturā sed quantū ad officiū.

Morandū autem q̄ christus habuit quatuor nomina officialia: et quatuor nomina cōia. Primus est angelus qd sibi cōperit ab officio nunciandi. Homo quidē afficiebat̄ circa vana. circa carnalia et terrēa. Et venit christus et nobis p̄ra vana nūciauit eterna. Jo. ij. Nec ē pmissio quā ipse pollicitus est vitam eternam. Contra carnalia ānūciauit spūalia Eph. i. Bñ dixit nos in omni benedictiōe spūali in celestibz in christo. Contra carnalia et terrena annūciauit celestia. vñd quosdā obstinatos reprehendebat dicens. Jo. iij. Si terrēa diri vobis et nō creditis. Scdm̄ est magister qd nomen sibi cōperit ab officio docendi. Docet enim tres viles lectiones. de quibz dicit Aug. Christus est qui docet audiamus timeamus et faciamus. Debemus enī ipsum audire sicut magistz discipuli. Isa. l. Dedit mibi aures ut audia; quasi magistz. timere sicut dñm serui. Mal. j. Si ego dominus vbi est timor meus. Ipsum honorare eius p̄cepta faciendo sicut patrem filij. Ibidem. Si pater ego sum vbi est honor meus. **T**ercius est medicus qd nomen sibi p̄perit ab officio sanādi. homo fuerat infirmus ex nimia comestione. quando scilicet adam pomū vetitum comedit. Eccle. xxx. viij. Propter crapulam multi obierunt. Ex corrupto sanguine. Isaie. primo cap. Manus vestre sanguine plene sunt. Ex nimia infirmitate. Iere. vi. Sicut frigida facit cisterna aquam suam et cetera. Ex supfluo et corrupto humore. Psal. Corrupti et abominabiles facti sunt et cetera. Primam infirmitatem sanauit per diete obseruationem. quando .xl. diebus ieiunauit. Secundam p̄ minutionem quādo in pedibus et brachijs p̄foratus fuit. Tercio p̄ sudorem quādo sanguineum sudorem effudit. Quatro p̄ amare medicine summationem. quando vinum muratum et fel in cruce assumpsit. **Q**uartum nomen est

aduocatus quod sibi competit ab officio aduocandi. Allegat autem in sua aduocatione dei innatā misericordiā Jone. ij. Scio q̄ tu deus clemēs et misericors es et cetera. hominis multiplicē miserā Ge. viij. Sensus et cogitatio hūani cordis in malum p̄na sunt ab adolescentia sua. Et sui ipsius sctificatiōem exhibita Johā. xvij. Opus p̄summaui qd dedisti mihi ut facerem. Scdo hūit quatuor noia cōia ut dicit Isid. Primū est eloy. i. deus. est aut scdm̄ Dama. idē qd currere et fouere. ardere et p̄siderare. ipse enī in nobis currit et currere nos facit p̄ opatiōem sollicitam Ro. x. Non est volēns neq̄ currentis et fouet dando p̄seuerantiā Phil. ij. De eque opat̄ in nobis velle et p̄ficere. Ardet dando caritatem ignitā. Dei. iij. Deus noster ignis cōsumetis est. Considerat p̄ sapiētiā p̄fundā. Eccle. xxiij. Oculi dñi multo plus lucidiores sup̄ soles. Scdm̄ nomen est adonay. i. dñs. sicut enī dicit Cyprianus. Dñs debet habere terrorem ordinatiōem et amorē. Iere. x. Quis nō timebit te o rex gētiū. Dz amari Mathe. xxij. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo. Dz eius ordinatio seruari. q̄ sapiēter ordinar vniuersa. Sap. vij. Ipse sapientie dux est et sapientium emendator. **T**ercium est sabay. i. omnipotens. quibz autem sit omnipotens. Tria tñ sunt que nō potest. Nō enim potest penitenti veniā denegare. ij. Ibi. ij. Negare seipsum non potest. nec pōt inuito gratia; afferre. sicut Anselmus ait. Nec potest innocentē punire Gen. xix. Festina et saluare. q̄ nō potero facere quicq̄ donec ingrediaris illuc. **Q**uartum est helyon qd est excelsus. deus enim habet excelsum. sapientie. potentie. et misericordie. Habet aut̄ homo humile infirmitatis humane quo ad corpus. ignorantie quo ad animam. et multiplicis miserie quo ad vtrūq̄. De? ei de excello potentie respicit bñle infirmitatis bñate

dando virtutē malo resistendi. **Phil. iij.**
Omnia possum in eo qui me p̄fortat. De
 excelsio sapientie respiciat humile nostre ig
 norantie dando lumen cognoscendi. **Jo/
 han. j.** Illuīat oēm hominem venientem in
 hunc mundū. De excelsio mie respicit hu
 mile n̄re miserie dando effectū miserendi
 ps. Excelsus dñs ⁊ humilia respiciat. Lic
 em sit excelsus p̄ potentia. sapiam ⁊ mise
 ricordia respicit tñ humilia. s. i. i. infirmitatē
 humanā. ignorantia ⁊ miseriam

De eodem festo. Sermo. v.

Quatuor est nomen eius Ihesus
Lu. ij. Istud nomē ihesus ē glo
 riosum sua sublimitate. virtuo
 sum sua prate. ⁊ deliciosum sua suauitate
 Sublimitas em̄ eius ostenditur. **Phil. ij.**
 Deus illū exaltavit ⁊ dedit illi nomē qd
 est sup̄ oē nomen ⁊c. **Ipsū** quidē nomē
 bz in reuerentia deus. ideo d̄r. qz deus ex
 altavit illū. **Bz** in reuerentia āgelus. vn
 de d̄r. **Et** in noīe ihsu oē genu flectat cele
 stium. habet in reuerentia ⁊ timore dyabo
 lus. ideo d̄r. infernoꝝ. **Habet** in reuerētia
 creatura irrōnalis. ideo d̄r. terrestriū. **Ha**
 bet in reuerentia creatura sc̄z rōnalis. ideo
 d̄r. ⁊ oīs lingua p̄fiteatur. qz dñs ihsus
 x̄ps in gloria est dei patris. **Sc̄do** est vir
 tuosum sua prate. cuius virtus notatur
Mar. vlti. in noīe meo demonia eijciē
 ⁊c. **Deus** quidē volens infirmitatē n̄ram
 sanare. primo radices h̄ infirmitatis per
 hoc nomen euellit. **Aufert** etiā radicē sup
 bie. ideo d̄r. **In** noīe meo demonia eijciēt
Demon em̄ est rex super oēs filios super
 bie vt d̄r. **Job. xij.** **Aufert** em̄ radicē aua
 ricie. ideo serpentes tollent. **Auarus** ci ad
 instar serpentis terrā comedit. **Aufert** ra
 dicem luxurie. ideo d̄r. **Et** si mortifex qd
 biberint eis nō nocebit ⁊c. **Luxuria** em̄ to
 tum hoīem venenat. **Iuxta** illud **Prover.**
xxij. Sicut regul⁹ venena diffundet. **Ab**
 latis radicibz infirmitatis sanant accide
 tia que p̄sueverunt remanere post infirmi

tatem. sicut lāguor ⁊ ponderositas ad bo
 num. ideo subditur. **Sup̄** egros manus
 imponent ⁊ bene habebunt. **Deinde** totus
 homo renouat ⁊ ad statū p̄stinum pdu
 citur. ideo sequit. **Linguis** loquentur no
 uis. **Tercio** est deliciosum sua suauitate.
Delectat namqz gustū sua dulcedie. Si
 quis bolum in ore suo haberet q̄ ex om
 ni parte melle circumdatū esset multā dul
 cedinem sentiret. **Istud** nomen ihsus tri
 plici dulcedine est inuolutū. sc̄z dulcedie
 diuinitatis. carnis ⁊ anime. **Iste** em̄ tres
 substantie dulcissime sunt in x̄po quibus
 nomen ihsus est inuolutū. ⁊ ideo suaue
 est atqz dulcissimum. **Secundo** delectat
 auditum per melodie suauitatem. **So**
 nus namqz melodie confurgit ex statu in
 vas musicum. **Flatus** est diuinitas. vas
 musicum est corpus dominicū. **Et** ex hac
 duplici natura. diuina scilicet ⁊ humana
 p̄surgit tanqz sonus musicus hoc nomē
Ihesus. quod spiritualement auditum delectat.
Bernardus. Ihesus i ore mel. in au
 re melos. in corde iubilus. **Tercio** delectat
 visum per speciem amēnitatem. **Ocu**
 lus nō delectatur circa colores extremos
 scilicet album vel nigrum. sed circa medi
 os colores. **Color** albus qui ē visus dis
 gregatiuus est ipsa diuinitas ad cuius as
 pectum oculus cordis non potest assurge
 re pre sue lucis immēitate. **Color** niger
 est humanitas eius in passione nimium
 demigrata. ad cuius aspectum oculus nō
 potest assurgere pre nimia compassione.
Ideoqz christus quoddam temperamen
 tum fecit. ⁊ nomen ihsus sibi imponi vo
 luit. quod est quasi color medius ex albo
 diuinitatis. ⁊ nigro humanitatis causa
 tus cum sibi competat ratio vniūsc̄qz na
 ture. **Quarto** delectat olfactū pre odoris
 magnitudine. **In** christo namqz fuerunt
 tres species aromaticę. scilicet balsamū.
 nature diuine. cinamomū deuore anime.
 ⁊ mirra carnis mortificare. **Eccles. xxij.**

Sicut cinamonū et balsamū aromaticās
 Ex his psurgit aromaticus. s. hoc nomē
 ihesus quod est pdictum balsamo diuini
 tatis preciose. cynamono deuote amine et
 mirza carnis mortificare. **Quinto** delecta-
 tat tactum pre sui mollicie et lenitate. **La-**
 ctus non delectat circa dura sed mollia.
 nec circa aspa sed mansueta. neq; circa ri-
 gida s; flexibilia. **Olim** deus erat durus
 ad inferendum iusticiam. **Sap. xi.** Illos
 tanq; durus rex interrogans pdemnaſti.
Erat rigidus et inflexibilis ad veniā. **Ma-**
 bebat aspiratē pseueritatē nimīā **Job.**
xx. Mutatus es mihi in crudelem. **Sed**
 modo xps est vnctus. **ps.** Vnxit te deus
 deus tuus oleo leticie pre pfortibus tuis
 et. Et ideo factus ē mollis ad misericor-
 diā flexibilis ad veniā. mitis ad grām.

De Epiphania domini Sermo. j.

Ecce magi ab
 oriente venerūt et. **math. ij.**
 Christus in hunc mundum
 venit ut regnū suū recuperet et diaboli
 inuasorem ejiceret. **Jo. xij.** Nunc iudiciū
 est mūdi. nūc princeps huius mūdi ejiciet
 foras. et iō milites sue curie. s. angeli ad
 ipsum venerūt ut sibi gratias agerēt di-
 centes **Gloria in altissimis deo et.** de de
 visitauerunt eum populares. i. pastores.
 ut eius dñm recognoscerēt. **hodie** visita-
 uerunt eum principes et barones ut sibi
 fidelitatē facerent et munera offererēt. **idō**
dr. Ecce magi venerūt. **Circa** istos ma-
 gos tria ponunt. **Primo** eorū sapientia.
Dicunt enī magi a sapientia. nam grece
 philosophus. hebraice scriba. latine sapi-
 ens. p se magus nōrat. **Eorū** autē sapia in
 hoc apparet qd xpm sapienter quesierūt
 ex eo scz qd habuerūt dñdū in querēdo
 studiū in interrogādo. et mansuerūt aim in
 acquiescendo. et qz ista habuerūt. iō xpm

inuenire meruerūt. **Magnū** enī desiderū
 habuerunt qz singulis annis sup montē
 victoriam ascendebant et deum ut stellā
 a balaam ppheta predictā eis ostenderet
 exorabant. **Sap. vi.** Preoccupat qui se
 concupiscunt ut sese illis prior ostendar.
Secūdo habuerūt studium in interrogādo
 dicentes. vbi est qui natus est et. interro-
 gauerūt eum a sapientib; s. legisdocto-
 ribus. **Job. iij.** Consilium semp a sapi-
 ente pquire. ideo magi ut sapiētes inter-
 rogauerūt in iherusalem vbi erant scribe et
 legisdoctores de re vtili et necessaria non
 curiosa. **Eccle. viij.** Ne dicas quid putas
 qd priora tpa meliora fuerūt qz nūc sunt.
Et interrogauerūt aīo inueniendi et addi-
 scendi nō temprandi. vnde dr **math. xxij.**
Interrogauit eum vnus legisdoctor tēp-
 tans eum. **Tercio** habuerūt mansuetū
 animū acquiescēdo. **Triplex** enī instructio
 facta est eis vna a celo p stellam. **Alia** ab
 homine p pphetam. **Tercia** a deo p reue-
 lationem internā. acquisiuerunt ergo stel-
 le eius ducatum sequentes pphete locū
 querentes et inspirationi diuine ad ihero-
 dem nō reuerentes **Sed** multi sunt qui
 instructōnibus creaturarum non acquie-
 scunt. cum tamen dicat **Romani. primo**
Inuisibilia dei a creatura mūdi p ea que
 facta sunt intellecta spiciunt. **Et** verba
 dei contemnūt. **Proverbior. j.** Sapien-
 tiam atq; doctrinam stulti despiciunt et di-
 uinam inspiratōnē extinguūt. **j. Thimo.**
quinto ca. Spiritum nolite extinguere.
Secundo ponitur eorum sollicitudo et di-
 ligentia cum dicitur. **Ab oriente** venerūt
ihero. **Voluit** autē deus primicias geti-
 rium vocare ponus ab oriente qz ab alia
 regione. ex eo qd regio orientalis erat odi-
 oſa ac imūda et maledicta. odiosa quidē
 erat ex eo qd ibi orta erat prima pvarica-
 tio. **Voluit** ergo deus ut ibi fuerat piti-
 cipiū nostre pvaricatōis inde pdiret in
 gentibus principium nostre viuificatōis